



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum
Concionum**

Paoletti, Agostino

Coloniae, 1677

Altera Pars.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

quoniam quam eandem aliena peccata tangenda sunt, ut
dicitur in nomine confiteatur. Et aliena fama.

16. Christus a Pontifice de duobus, Discipu-
lis Caice, & doctrinā examinatus fuit, Pontifex
interrogavit Iesum de Discipulis suis, Et do-
ctinā suā. Ille quæritus de doctrina tantum re-
spondit: Ego palam locutus sum mundo, ego som-
nabam in synagoga, Et in templo, in interroga-
tione quæ sit ista.

17. Johannes Lupercius Christum de Apostolis
non potuisse honorifice loqui. Judas eum
potestatem, multi eum deservit: Relictis eo om-
nibus; Petrus eum negavit, Thomas in
fidelitatem lapsus erat, si veritatem fateri oport-
uit, ut Christus, eorum defectus aperire cogor.
Periclitatur honor Discipulorum. Iesus distin-
guat ad interrogatorem de discipulis factam re-
spondere: fugerunt enim à se omnes, nisi ipsum
mortem proderat tradiderat, alius non vocat,
sicut ad secundam dicitur interrogatorem de do-
ctrina respondit.

18. Hanc partem passu sancti Joannis con-
siderare volo. Mortuo Lazaro sapientia humana
dicitur Marthæ pervenire: illa desolata, &
obscure vestita, comis dissolutis, vultu la-
crimans, & labris suspirans obvia Christo pro-
cessit, & se in consolabilem ob mortem fratris
deponit. Christus ad pietatem movetur, &
ut faceret amarorem dolentis ait, bono sis ani-
mo: *Religere fratrem tuum*, illa replicat, se de hoc
nihil dubitare, sed hoc non prius futurum,
nisi ut illuxerit iudicii dies. *Scio, quia resurget
in tertio die*, in novissimo die: sed si non tar-
daret, sed vocatus statim venisses, eum præ-
sentata curas, nec obisset, *Domine si fuisset
hic frater meus non fuisset mortuus*. Hoc dicto
Martha delicto infidelitatis deliquit, potentiam
Christi limitatam asserens, nec eum posse facere
miracula, nisi ubi est prærens: *Si fuisset hic*: O
Martha infidelis, an nescis virtutem medici co-
lles esse omnipotentem, & eum sanare posse
indomitos etiam absentes? hinc Divus Bernardus
edmonstrat dicens: O Martha quomodo cum tanta
fide distulisti? Magister ut errorem ei ostenderet
replicat: *Ego sum resurrexisset, Et vita, qui credidit
in me etiam si mortuus fuerit vivet. Et omnis qui
credidit in me non morietur in aeternum. Hæc dicit hoc?*
hæc, fecimina discedit, domum intrat, & sororem
sine voce ut descendat, à magistro eam exspe-
ctantem, magister adest, Et vocat te. Verum illa
ne audiret surge cito, Et veni ad eum. Et illico ei
ad præsentata verbis suspensa miscens eadem ver-

ba repetit: *Domine si fuisset hic frater meus non
fuisset mortuus*, & in idem peccatum infidelitatis
cadit. Dominus diu loquitur eam, transit, nec verbum
loquitur, sed inquit ubi posuisti eum? quænam
est hæc partialitas? ambæ sunt infideles, Martha
erat sola, idem honorem perdere non poterat, nec
erat periculum, ut defectus manifestaretur, &
ipsa diffamaretur. Magdalenam plures comi-
tabatur: *Multi secuti sunt eam*, hinc ne apud
amicos, & cognatos diffamaretur, Christus nec
verbum de eius infidelitate movit. Est conceptus
Christus non loquitur Magdalene, sicuti
loquitur est sorori, non erat tempus verborum, ubi
Christus, enim eras turba.

19. Ex hac usque dictis inferri potest quam
quisque sollicitus esse debet ut operibus hono-
ratis, & excellentibus famam tueatur, & defe-
ctus proximi occultando eum non diffamet.
Omnes amissiones, sed præcipue honoris sunt
vitæ peribiles. Subtile ingentium, honorem, ven-
tum, aquam, unanimiter egreduntur. Post iter
honor, & aqua ventum interrogant, ubinam
eum invenire possent post discessum. Venus re-
spondit, nunc dego in vertice montium, aliquando
per planities camporum me oblectaturus
ambulo, in his locis me invenire poteritis. Ho-
nor, & ventus ab aqua ubi habitaret quaesierunt,
ut illam invenire possent si necessitas urgeret,
ego respondit ordinarie sum in vallibus, & locis
inferioribus terræ. Nunc jaceo in vallibus, nunc
turbida per meatus fluo, in his locis me reperire
poteritis. Idem quaesierunt ab honore ventus,
& aqua quo loco eum reperire possent, si infor-
tunio contingit, ut eum perdant. Honor sic re-
spondit. Hic mihi est genius, ut semel amif-
sus rursus inveniri non possim. Qui est bene
auritus attendat. Egens solam charitatem
præstat, & quieto.

ALTERA PARS.

19. Hæc parte instat Paraphrasis nonnulla pua-
ta principalia investigare decrevi pro ve-
stro bono. Primo observo in hac parabola, &
& servi diffamati, & domini, apud quem est dif-
famatus, mentionem fieri, sed de diffamante nil
commemoratur, hic nullatenus diffamatus est: homo
quidam erat divus. Sanctus Lucas scriptor adeo
exactus, an hic se ostendit defectuosum? id
cise nequit, quia calamum ejus Spiritus san-
ctus rexit; Potius dixerim eum docere vo-
luisse revelantem defectus proximi, eumque
diffa-



Handwritten notes in the right margin, including the word 'licab' and some numbers.

diffamantem non tantum esse indignum, qui inter personas honoratas nominetur, sed nec mereri ut in hoc mundo vivat. Lex dicit: *Qui casum dicit, casum probare tenetur.* David morti vicium filium Salomonem suum in regno successorem advocans, hæc ei in mandatis dedit, primò ut semper spectaret honorem divinum. Secundo ne Capitanei Joab oblivisceretur: *Tu quoque nosti, quæ fecerit mihi Joab filius Sarbia, facies ergo juxta sapientiam tuam.* Vestra majestas sit consolata, & secuta, quod omnia fient, David defungitur, & sepultus est in civitate David. Salomon illico filium Jojade Banajam ablegat ut Joabum trucidet. *Vade, & interfice eum.* Quomodo David agit animam, & filio hanc præcipit vindictam, quam ipse neglexit morte præoccupatus? pro ignoscencia vindictam ostendit? *Qui per alium facit, per seipsum facere videtur,* leges sunt claræ. Et nonne hic est Joab, omnium bellatorum dux, & rebellium domitor, qui toties pugnando vitam periculo exposuit? Joab, qui regis partes defendens plus quam centies, certatim in hostem ivit, subidò se neci tradidit? in quo Regem offenderit scire vellem. In Scriptura nil de hoc reperitur, sed Lyranus id ostendit. Rex David Epistolium ad Joab dedit, quatenus Uriam loco periculosissimo, & infimissimo exponeret, ut primo impetu interiret, scriptum habuit successum, de quo nonnulli amici Uriæ apud Joab conquesti sunt allegantes, quod à proposito eum neci tradiderit prima ipsium veltationi exponendo, idque quia proleperitati Uriæ invidit. Joab se excusavit dicens, non suo, sed regis mandato hæc facta. Nemo fidem adhibere voluit, sed sentiens se constitungi, litteram Davidis protulit, & dixit: Videte Signillum regium, & propriam manum regiam, quid à me petitis? An hoc à me patratum crimen credatis, si rex mihi in mandato non dedisset; sicine, ait David, maculas meam famam inter milites spargendo errore à me commissum? hoc vitam demeretur. Propter hoc, verba sunt Lyrani, intelligitur malum, quod fecit Joab contra personam David, ostendendo alius litteras quas ipse miserat secreta de morte Uriæ. Accusator in hodierno Evangelio ad eò fuit exolus Christus, & sancto Luca, ut eum indignum reputaret, qui nominaretur, & veluti esset mortuus de eo mentio non fieret.

20. Audite querelas. Dominus eum accessit, & antequam eum objurget, prius manu tangere, & oculis veritatem delicti conspiceret vult. *Quid*

hoc audio de te? reddere rationem villificationis tue, docere voluit nos primo impetu actoris alterius judicare non debere. Audite Gregorius: *Peccatoribus exemplum proponat, ne mala hominum animi præsumamus credere, quam probare.* Unicum exemplum Scripturæ examinemus. Calo & terra creatis Deus, *dirigit lucem tenebris,* hæc diviso quomodo sustineri possit nescio: Illud, quod ante fuit unicum tantum dividi potest. Quomodo ergo tenebræ contrariæ luci se jungi possunt? hæc tenebræ fugat. Hugo Victorinus dubium diluit dicens, Deum judicasse lucem esse accedens positivum, tenebras privativum. *Vidit Deus lucem, quod esset bona, & viderit: dirigit, id est inducit lucem non esse tenebras.* Quare prius vidit? dicit Hugo: *Quia noluit prius dividere, vult videtur, quam videret, adducit enim opus in judicium contra præcipitantes sententiam.* Sed postea ut demola administratione certior factus est, vilius officio privavit. *Non enim poteris villicare.* Audite replicam servi: *Quid faciam, quia Dominus non auferit à me villificationem.* Sed cur potius non dicit: *Quid faciam quia dissipavi bona Domini mei?* magis cum pœna, quam supplicium alligabitur hæc est proprietas peccatoris.

21. Jeroboam dum inaruisse sibi manus, quia temerè fungi officio sacerdotis volebat, & aram incesitare, rogavit Prophetam, ut à Deo veritatem manus flagitaret: *Ora pro me, ut respiciatur mihi manus mea.* Pœnæ remissionem magis optat, quam culpæ. Hinc Angelicus: *Rogavit Jeroboam Prophetam, ut sibi peteret non sceleris remissionem, sed manus in rationem.*

22. Deus Saulo, ut demolatur, & destruat urbem Amaleitarum, & nulli vitam donec, à viro usque ad mulierem præcepit: *Exeam, exeam columbam, & asinum intericiui voluit, nec Saulo quidquam levi vati: Demolere viros in eis, & in concupisces ex rebus ipsius aliquid.* Sed totum contrarium fecit. *Peperit optum gregibus ovium, & armentorum, vesibus, arboribus, & unis, & sic quæ pulchra sunt.* Deo jubente Samuel eum reprehensusus adivit. *Quare non audisti vocem Domini, & fecisti malum in conspectu Dei?* Saul ad hæc verba caput agitavit, ac si ad lapidem d'ista fuisset, & temerarie vati respondit: *Imò audire vocem Domini, & ambulare in via, per quam misit me Dominus.* Samuel vela vertit & de supplicio mentionem facit, Deum eum velle perire: *regno. Abjicit te Dominus ne sis rex.* Quid ager Saul notare. In terra procumbit, vati se labentibus & percutiendi pectus dixit: *Peccavi, quia præ-*

Lyranus in 3 Reg. cap. 2.



curatus sum passum Dei. Cur nunc & non
ante te recommendavit? en causam: prius de
peccato, nunc de pœna sermo est. Sic Lyra-
nus. Hoc dicit Saul magis formidine pœna, quàm
amore iustitiae. Servus evangelicus bona Do-
mini dissipasse nil curavit, sed ut audivit, non e-
minis pœnis villicare, cor sibi stringi sensit.

1. Aliam Scripturam novi testamenti adde-
re, & hoc meum discursum finire volo. Chri-
stus cavabat, & verbis mansuetis deplorans se à
quodam ex dilectissimis tradendum dixit: *Finis*
culpram me traditurus est. Animam meam trans-
iit, quod unus vestrum tantum errorem sic
commisistis, Judas cum traditurus erat, & ta-
men silet, Judas cur non loqueris? cur non mo-
veris? ac si esset lapis cibus inhiat, & verba ma-
gisteri non curat. Christus deo de traditione
egit, & traditori supplicia micatur. *Va homini*
is per quem filius hominis tradetur, bonum erat
et si natus non fuisset homo ille Judas dum audit
ea, & minas pœnarum, caput elevat, aures præ-
bet, oculos atollit, & totus suspiciosus, ac tre-
mens ad Christum se vertit dicens: *Nunquid ego*
sum Rabbi? O pessime nebuloso, dum de peccato
regit somnum simulas, sed ad nominationem

pœnae expergisceris? culpam irrides, sed pœnam
valde sentis: *Quid est hoc insano proditor: tunc dor-
mibas ad culpam, nunc evigilas ad pœnam: ma-
gis haec quàm illa tuum animum villicavit, plane*
*servus es, non filius, adversarius non amicus, ti-
more ducis, non amore, leviter vocantem con-
tempnisti, terribiliter tonantem formidasti* Hunc
defectum Judæ omnes peccatores hæc edicantur.
Ego credo, quod si peccatum non attraheret
pœnam, sicut magnes ferrum, nunquam à Deo
offendendo cessarent. Si posset cum hoc ser-
vo omnia Dei bona dissiparent. Deus non tau-
tum infernum fecit ut peccatores puniat, sed ut
illo in hac vita etiam eos terreat; scit enim, quod
esto non delictum sint à peccatis, quia sunt of-
fensa gravissima, & maxima injuria, que Deo
nostro fieri potest, ad minus videntes infernum
apertum, ejusque flammæ atroces, & æternas
pœnas sibi destinatas emendabuntur. Si ergo
hactenus offensas Dei parum curasti, si pessimis
operibus te defamasti, & proximum ejus defe-
ctus propalando *Accipe cautionem tuam, hoc*
est ait Rupert. emenda te operibus bonis vo-
cando, & defectus alterius silendo, *Caveas, ut*
de cætero te emendes, & ite in pace.

Rupert.
Ab. 8. l. 6.
de oper
SS. c. 21.

DOMINICA NONA POST PENTECOSTEN.

*Cum appropinquaret JESVS Jerosolimam, vidit civitatem, flevit super
illam. Luc. 19.*

ARGUMENTUM.

*Deus graviori fert injurias se, quàm sibi irrogatas. Primo dum nostris magis compati-
tur, quàm suis; secundo dum suas magis tolerat, quàm nostras, tertio dum
severius nostras castigat, quàm suas.*

DUO fontes lachrimarum ex oculis Sal-
vatoris manabant, quando iustar viti-
dici Prophete ruinas miseræ Hieroso-
lymæ obvolutas sic prædicebat: *Ve-*
niat dies in te, & circumdabunt te inimici tui
valles, conquisibunt te undique, & ad terram
proficient te, & filios tuos, & non relinquent in
te lapidem super lapidem. Et ego ex imo cordis
exhalasse duplicata suspirat plangendo sic dixisse
credo. O infelicem, & infortunatum Hieroso-
lymam, non multum temporis efflue; quin mi-
seriarum aceruo involvaris. Tuo malo specta-
trix eris lugebris ruarum calamitatum, & obles-
ta eris meta hostium Romanorum. Jam eru-
R 3 enta